

Jacob, & vita beata, capite sexto: Ubi cum percontatus esset, Quod opus erat, ut lex promulgaretur, si profutura non erat? sibi ita respondet: Profuit tamen mihi...

III. NONNUMQUAM VERO Augustinus idem posterius illud gratia genus caritatem vocat, sicut prius, fidem...

Immo vero, quod imprimis observatione dignum est, ambo illa gratia praesidia, omnemque adeo motum animi...

Lib. de Corr. & Grat. c. 7. Lib. 1. de Gra. Christi cap. 21. Lib. de Grat. & lib. Arb. c. 17. * alibi loquitur, incrementum caritatis, meretur. Atque hoc consentaneum est ejusdem Augustini definitio...

IV. RURSUS haud in postremis tenenda est notatio illa vocabuli Legis, cum ad veterem, aut novam significandam adhibetur. Habet enim duplicem usum ac potestatem: & primum pro mandato, praecipitoque sumitur...

Totidem modis nova Lex, quae & gratia vocatur, usurpari potest. Siquidem vel praepcepta ipsa significat, quae partim Ecclesiae cum Synagoga veteri communia...

tu, atque cultu, quem Christus Dei filius constituit, ac praescribit.

V. UTRIVSQUE porro discrimen, cum sit multiplex, tum quod praesentis tractationis interest, ea in re cernitur, quod prius Testamentum, figura quadam, & imago posterioris, ac novi fuit: hoc vero, rem illius signis, ac figuris adumbratam exhibuit.

Ex figura, adumbrationisque novi in veteri Testamento, qua caeremoniis, & sacramentis; qua praepceptis ipsi continebantur. Sic in priori genere, circumcisio manu facta, circumcisionem Christi per baptismum; vel circumcisionem cordis in spiritu significabat...

In posteriori genere, hoc est in praepceptis, non minus figura locum habebat: maximè vero, quod in illis terrena bona, vitæque praesentis commoda proponebantur, tamquam praemia rectè factorum: ac similiter poenae omnes temporales indicabantur, egestas, orbitas, servitus, captivitas, morbi, ceteraque vitæ hujus incommoda, mors ipsa denique, si quis contra mandata committeret.

VI. HANC Testamenti veteris, legisque propriam esse notam, ac velat haec signa, post Apostolum Augustinus passim praedicat. Qui & Vetus ob id appellatum esse dicit: quod in figuris rerum spiritualium habere viderentur promissa carnalia.

Tum alio in loco disertè; * Eadem, inquit, sunt in veteri, & novo, ibi adumbrata, hic revelata: ibi praescripta, hic manifestata. Nam non solum sacramenta diversa sunt, verum etiam promissa ibi videntur temporalia proponi, quibus spirituale praemium occultè significatur: hic autem manifestissimè spiritualia promittuntur, & aeterna.

Et in libro * contra Adimantum, Omnia illa praepcepta carnali populo imposta, futuram disciplinam spiritualis populi prophetabant. Ideo vetus Testamentum * alio loco nihil aliud esse dicit; quam imaginem novi populi, & novi Testamenti pollicentis regnum calorum. Denique in libro quarto contra Faustum: Temporalium, inquit, rerum promissiones Testamentum veteri contineri, & ideo vetus Testamentum appellari, nemo nostrum ambigit, & quod aeterna vitæ promissa, regnumque calorum ad novum pertinet Testamentum: sed in illis temporalibus figuris fuisse futurorum, quae impleverunt in nobis, in quos finis seculorum obvenit, non suspicio mea, sed Apostolicus intellectus est, &c. Ita * Primasius, Illud, inquit, terrena promittebat, ac temporalia, & praecipiebat carnalia: istud vero aeterna, & caelestia promittit, praecipiens spiritualia. Vide inter alios * Ivonis Carnotensis Opusculum de convenientia veteris, & novi sacrificii. * Et rectè Ambrosio tributus commentarius: Lex vetus (inquit) non criminis utique nomen est, sed temporis, vel aetatis. Sensus enim, quia cessavit.

VII. QUOD ad legem novam attinet, hoc est praepcepta ipsa Christianae religionis, ac novi Testamenti, illa, si per sese, & ut loqui solent, substantiae suae ratione spectetur, non multum distat ab Moesae. Etenim complures antiquorum Patrum asserunt, eadem in utraque lege data fuisse praepcepta: ut alibi * docuimus. Quamquam in libro primo Retractionum, capite xxii id absolute, generatimque dici non probat Augustinus: & quod & seq.

CAPUT VIII.

1. Nulla lex, quae praepceptis constat, gratiam ac vires ad agendum sufficit. 2. Lex nova, non ut lex, sed ut statum, auctorem, & opes novi Testamenti complectitur; auxilia gratiae subministrat. 3. Ita Spiritus S. nova lex digito Dei cordibus inscripta dicitur. 4. Christi gratia non sic est propria novi Testamenti ut in vetus porrecta non fuerit. 5. Finis proximus legis veteris temporalis, consentaneis gratia accessionibus rudes populum ad spiritualia, & aeterna desideranda provexit. 6. Status iste veteris proprius legis imperfectus fuit, malus non fuit. 7. Medicorum hoc exemplo declaratur. 8. 9. Et ex Augustino, alisque probatur.

DE adjutorio gratiae, cujusmodi in utroque Testamento fuit, & ad legem est adjunctum, veterem pariter, ac novam, certa ex antedictis constitucenda ratio est: & utrum generis ejusdem attributa sit; ac si discriminis aliquid intercessit, quae cujusque nota & proprietates fuerit. In quo nihil prius faciendum est, quam ut id animo repetatur, quod capite superiori docuimus: si lex eatenus spectetur, ut est praepceptum ali-quod, & mandatum, facere jubens quippiam, aut vetans, nihilo plus novam, quam veterem suppeditasse gratiae. Quod inter alios * Dominicus Soto fusius exponit. Qui nonnullos redarguit, asserentes in illo * Joannis Evangelistae loco, Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Jesum Christum facta est, hoc à lapsu primi hominis commune semper fuit omni legi, & saeculo, ut nonnisi per unicum fidem Mediatoris, magis minusve implicitam, vel explicitam, pareret ulli unquam mortalium salus. Quare lex nulla, ne Christiana quidem per sese, & ut lex, ac praepceptum est, gratiam, ac vires bene agendi sufficit: sed adjuncta illi auxilia, quae dicuntur, gratiae sufficientis, & idoneae ad praestanda legis officia per fidem implicitam aut explicitam, ut Sotus loquitur, atque aut venturi, aut jam missi, functione munere suo Mediatoris Christi Domini.

II. QUOD igitur dicit interdum audimus, novam legem gratiam representasse, cujus inops antiqua fuerit: id non de lege ipsa nova, qua lex est, intelligi debet: sed ut novi Testamenti statum significat, atque ejus auctorem, & inclusas in illo, ac comprehensas opes amplectitur. Est enim utriusque Testamenti auctor quidem, & artifex Jesus Christus (quem populum de terra Aegypti salvasse, ait * Judas Apostolus) verum prioris per ministros, & officiales suos: posterioris vero per sese: uti Paulus initio Epistolae ad Hebraeos docet. Itaque tamen Christus tamquam vivus sit, perennisque fons quidam, largissimè manans, & in omnes omnium temporum homines, gratiae ac donorum caelestium copiam usquequaque diffundens, quia * nullum aliud nomen est, sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri: nihilominus novi Testamenti peculiaris fructus ille censetur, tam Christus ipse, quam ejus merita, & horum pretio comparata, auxiliorum gratiae inexhausta, & affluens ubertas: praesertim quia nova ratione, & superioribus inusitata temporibus, post adventum, mortemque Christi communicari cepit: ut non efficientia sola, quemadmodum antea, sed substantia ipsa sancti Spiritus sanctificandis, adoptandisque iustis, & regni caelestis hereditas applicata fuerit. De quo singulari Dei beneficio, ac novi Testamenti proprio, nihil hic addam ad ea, quae in * octavo libro de Trinitate astatim exposita sunt.

III. Hae itaque de causa, quod auctor & fons gratiae Christus, ejusque Spiritus sanctus in Testamento novi, five legis novae censu numeratur, factum illud videri, uti Spiritus ipse sanctus interdum nova lex appellatur,

& quod * in libro contra Adimantum scriperat, nulla in Evangelica, atque Apostolica doctrina reperiri, quamvis ardua & divina praepcepta, & promissa, quae illis etiam libris veteribus desunt, emendat sic, ut addendum sit panes, atque dicendum, ut panes nulla in Evangelica atque Apostolica doctrina, &c. Quippe nova quadam ab Christo edita fuisse praepcepta, quae in veteri Testamento nondum promulgata fuerant; ut in sermone Evangelico in monte habito: ubi non erat cur Dominus diceret, audistis quia dictum est antiquis haec: ego autem dico vobis hoc: si nihil ipse amplius praeciperet, quam praepceptum est in veteribus libris. Sed utcumque se habeant nova ista praepcepta, & five nulla in veteri Testamento illorum facta sit mentio; si ne ista quidem illic praetermissa fuerint; de quo paulò post aliquid dicam; omnia certè veteris praepcepta Legis, quae ad mores pertinent, eadem & in novo Testamento praescripta sunt, iisque Christiani etiamnum populi tenentur. In his ergo saltem, quod ad substantiam ipsam attinet, nullum veteris est ab lege nova discrimen.

VIII. SED interest finis, qui in utraque proponitur; ac praemii, vel poenae, quibus illa sancuntur. Nam vetus lex, ut terrenorum ac temporalium mercede bonorum obsequium eliciebat: sic temporalibus poenis, ac tum bonorum illorum, tum vitæ jaetura, ab delictis absterrebat. Nova vero lex, minimùm bonis istis, malisque tribuens, sempiterna pronunciat praemia, poenaeque sempiternae, ut paulò antè significavi. Nam regnum calorum clarè, ac disertè in novo Testamento, novaque lege concipitur. Itaque Christus in illo sermone, quem in monte habuit, mirum principium doctrinae caelestis adhibens, ut observat * Chromatius, non à terrore incipit, sed à beatitudine, non terrorem faciens, sed poenis desolantem. Vice enim agonothetae, vel munerarii, certatoribus hoc studio spiritualium praemium grande proponit: ut dum aspiciunt praemium, nec labores timeant, nec pericula perhorrescant.

Hoc illud pertinet, quod Augustinus imprimis, alii-que tradunt, regnum calorum omninò in veteri lege non esse promissum. Sic enim ille in capite xxi primi libri Retractionum, quod paulò antè citavimus: Deinde regnum calorum, inquit, illi populo fuisse promissum non legitur in iis, quae promissa sunt lege data per Moysen in monte Sina, quod proprie vetus dicitur Testamentum: quod praeparatum dicit Apostolus per ancillam Sarae, & filium ejus. Sed & ibi figuratum est & novum per ipsam Sarae, & filium ejus.

IX. QUEM ad Augustini locum animadvertes id, quod * alibi observavit idem: vetus Testamentum, five legem veterem, duobus modis usurpari solere: primum esse secundum divinarum Scripturarum auctoritatem, inquit ille; hoc est quatenus Scripturas omnes amplectitur, quae Testamenti veteris vocabulo censentur: alter est, cum pro lege sumitur, quae in monte Sina data est: quam * Apostolus generasse dicit in servitutem: cuique novum Testamentum, & lex gratiae, ac libertatis opponitur ab eodem Apostolo. In Testamento igitur veteri posteriore hoc modo sumpto, siue lege in Sina Judaeis edita, non invenitur promissa (ait Augustinus) apertissimè nisi terrena felicitas: quo tamen promissa, novi Testamenti vetera, & spiritualia, & homine digniora bona significata sunt. At in eodem Testamento veteri prioris modi; hoc est in plerisque Prophetis, & aliis canonicis libris, regnum calorum, & spiritualia, novique propria Testamenti praemia demonstrantur: tamen rarius, quam in novo, nec ita disertè, manifestèque declarata sunt. Hilarius certè legem asserit, non modò Christum nunciasse, sed etiam remissionem peccatorum praedicasse, & regnum calorum spondidisse.

Denique nemini est illud ignotum, * legis vocabulum interdum totum vetus significare Testamentum, unà cum Prophetis, & Historicis libris; uti perpetuò Apostolum usurpare scribit Chrysofostomus. Ex quo intelliges, Judaeos qui sub lege, ac veteri Testamento erant, non adeò immeritis in curas, cogitationisque carnis fuisse, ut aeternæ vitæ, ac promissionum spiritualium sensu proflus omni carerent: ut Armacani somniant; quos ambigua notio vocis illius, Legis, ac bonæ mentis inopia, in eam labem opinionis induxit.

* Tom. 1. lib. 10. de Deo. c. 24. par. 9. & quod & seq.

* Tit. 4. Dist. 2. qu. 1. art. 2. 4. pag. 93. Joan. 11.

* Rom. 3. 28.

* Jud. 5.

* Act. 4. 12.

* Cap. 4. & seq.

letur, *digito Dei* nostris cordibus inscripta. De quo luculenta ista sunt Augustini in libro de Spiritu & littera, capite xxi. *Quid sunt ergo leges Dei ab ipso Deo scriptae in cordibus, nisi ipsa praesentia Spiritus sancti, qui est digitus Dei, quo praesente diffunditur caritas in cordibus nostris, qua plenitudo legis est, & praecepti finis? Quibus ista subjicit valde ad rem spectantia: Nam quia veteris Testamenti promissa terrena sunt, licet (exceptis sacramentis, qua umbra erant futurorum, sicut est circumcisio, & sabbatum, & alia dierum observationes, & quarundam esarum ceremoniae, & multiplex sacrificiorum, & sacrorumque ritus, qua veritatis carnalis legis, jugoque servili congruebant) talia contineant praecepta justitia, qualia nunc quoque observare praecipimur, &c. Tamen quia in eo, sicut dixi, promissa terrena, & temporalia recitantur, qua bona sunt hujus corruptibilis carnis; quamvis eis sempiterna, atque caelestia, ad novum scilicet Testamentum pertinentia, figurarentur; nunc ipse bonum cordis promittitur, mentis bonum, Spiritus bonum, hoc est intelligibile bonum, cum dicitur, Dabo * leges meas in mente eorum, & in cordibus eorum scribam eas. Unde significavit eos non forissecus terrentem legem formidaturos, sed intrinsecus habitantem ipsam legis justitiam dilecturos. Hic Augustini locus utriusque legis discrimen, & indolem; ac praesertim novae vim, & proprietatem pulcherrime describit. Simul illud affirmat, quod paulo ante dixi, legem novam plerumque non praecipit ipsam significare, sed gratiam, & hujus fontem, & originem, hoc est Spiritum sanctum, qui in novo Testamento, velut in paradiso constitutus, quadrisariam inde sectas aquas in omnes mundi partes, hoc est atates omnes humani generis emittit. Hoc sensu interpretandum illud est, quod interdum dicitur, Legem novam, sive Testamentum novum, non solum monstrasse, justissimeque quid fieri oporteret, sed etiam vires ad agendum, auxiliisque praeuisse.*

IV. QUAMOBREM Christi Domini, ejusque Spiritus virtus & efficientia, non sic attributa est, propriae facta novi Testamenti, ut non in vetus porrecta fuerit. Tam enim late patuit gratia Christi, quam ejus merita. Ea vero per omnia tempora, etiam anteriora propagata sunt. Non enim novo consilio (ait * Leo) *Deus rebus humanis, nec fera miseratione consuluit: sed a constitutione unam, eandemque omnibus causam salutis instituit. Gratia autem Dei, qua semper est universitatis justificata sanctorum, aucta est Christo nascente, non capta. Et hoc magne pietatis Sacramentum, quo totus jam mundus impletus est, tam potens etiam in suis significationibus fuit; ut non minus adepti sint, qui in illud credere promissum, quam qui susceperunt donatum.*

Benè quod scribit Leo, *auctam esse Christo nascente, hoc est novo Testamento patefacto, non ceptam gratiam.* Nam revera copiosior & affluentior in novo cepit esse, quam in antiquo fuerat. Etenim divina Sapientia ita gratiae suae munera, & humana imbecillitatis auxilia dispensavit, ut pro modulo cujusque status, & pro fine ac scopo, in quem propria singulorum officia dirigebat, consentaneum iis adjumenti genus, & idoneam copiam destinaret. Itaque in novo Testamento, cui & finis praestantior, & excellentiora proposita sunt praecipua, singularis cujusdam tum dignitatis, tum ubertatis attributa gratia est. Finis Testamenti novi, caeleste regnum est, ac plena summi boni possessio: qua in claro Dei intuitu, & perfectio ejus amore consistit. Quae res ad animum, ac spiritum potius, quam ad corpus pertinet. Ideo exquisitior quaedam, & ut ita dixerim, magis spiritualis illis gratia debetur; quae ab corporis, ac rerum terrenarum commercio homines avocans, totos in caelum, ac caelestium bonorum curam, cogitationemque transferat. Summa igitur, & perfectio adjumentorum gratiae, quae novi Testamenti propria censetur, ad fidem per supremam, & eximiam caritatem operatam refertur.

V. IN veteri Testamento, proximus; & ut loqui solent, immediatus finis, abundantia fuit externarum commoditatum, & eorum, quae ad fructum vitae praesentis attinent; terra praepinguis, ac ferax; ejusque frugum, ac proventuum ad victum & voluptatis amenitatem perpetua, & secura perceptio; salubritas aeris, & corporum sanitas; tranquillitas pacis; cetera denique id genus, quorum in Mosaicis, & Prophetis Scripturis constans, & crebro repetita fit mentio. Hac

* Jerem. 31. 33.

* Serm. 2. de Nativ.

verò mortalis vitae commoda, non absolute, ac propter se à Deo Judaeis ostensa sunt: sed ut essent imagines, & figurae futurorum, ac tanto meliorum bonorum, quanto animus corpori, caelestia terrenis, aeterna caducis, & fugacibus antecedunt; de quo superiori capite diximus.

Ut igitur per bonorum istiusmodi praesentem copiam, & illecebram, ad potiora, & in illis adumbrata praemia paulatim spem suam, & desiderium attollerent, quibusdam accessionibus gratiae excultus illorum, & praeparatus est animus. Ac primis rudimentis, & praeparatis lineamentis sanctitatis & justitiae, quam primo proximèque per legem informabat tam hujus auctor, quam gratiae, Spiritus sanctus, consentanea respondebant, & addebantur auxilia, sine quibus coli Deus ex qualicumque fide, & ejus mandatis obtemperari non poterat. Haec gratia, legis, ut dixi, peculiaris, sed non nisi per Christi parta merita, initialis; & inchoata non nominabitur; cujus proprium munus fuit fidem aspirare, ac notitiam Dei, aliquid clariorem expressiorèque, quam in lege naturae: cum illum agnoscerent, & profiterentur non solum creatorem omnium rerum; sed vindicem insuper ac liberatorem, & assertorèque populi ex omnibus nationibus electi, & aciti; tum amplissimum largitorem munerum, ac praestantiorum per illa monstratorem & promissorem. Ex quo voluntas illorum accendebatur, tum certa spe, ac desiderio potiorum hujusmodi commodorum, sive praesentium, sive per ea significationum: tum amore in largitorem eorumdem; ejusque venerandi, & mutuis officiis remunerandi desiderio: itidemque metu ne violanda lege, offensum illum haberent, ac tam praesentibus illis, quam adumbratis per ea, & propositis utcumque bonis exiderent.

VI. NEQUE vero legis lator, & conditor Deus, eo consilio Judaeis illam dabat, vel ei consentaneos per gratiam suam ingenerabat affectus, ac motus animi, quibus aut amaretur propter externa illa commoda, aut propter generis ejusdem cavenda incommoda metueretur, ut in illis sifterent, nec ultra hos limites, impetus suos & conatus extenderent. Verum haec initialis scilicet erant, & quasi lineamenta, ut dixi, prima, quibus ad excellentiorem, ac robustiorem gratiam promerendam expolirentur: ac si in eo quod acceperant usurpando, & excolendo fidelem operam navarent, celsiorem in gradum caritatis, & justitiae, uberiore, praestantioreque affusa illa gratia, promoveri possent.

Interim dum in priori illo statu adhuc haerebant, quem ad legis proprie pertinet spiritum ostendimus, non male hoc ipso cum iis agebatur, tametsi nondum perfectè, absoluteque sancti erant, nec eximium, ac divinum illum gradum justitiae, ac caritatis erant adepti. Itaque malus, ac vitiosus ex sese non fuit status iste Judaei populi, quo ex proprio legis affectu, id est initiali gratia illa, Deum colebant, ejusque mandatis obtemperabant, promissa se mercedis, ut penam metu praecipua servantes: quamvis nondum justus, ac sancti forent, hoc est justificante gratia praediti; si in eodem illo gradu simpliciter, ac praecise confiderentur.

VII. QUAM rem scitu pernecessariam * alio in loco declaravimus, ad idque similitudine usi sumus cum primis apta; quam hoc loco paucis commemorare, valde ad institutum disputationem attinet. Ut igitur medici male affectus corporibus curam adhibentes, duplici utuntur remedio: altero leviore, ac minus valido, quo veluti preparant, & ad firmiora, solidioraque viam muniunt: ut sunt antegressae purgationes, alvi subductiones, balnea, ciborum delectus, fomenta corporum: quae *αεγναθηρια*, id est *praemedicationes* appellantur: altero fortiore, & quasi decretorio, quo morbus ipse proximè depellitur. Sic ad animorum sanationem duplex à Deo medela comparata est: una rudis, & inchoata, quae nondum peccati labem abstergere potest, sed ante preparat, & obstinata mentis rigorem praemollit, ac viam adiuturam facit ad insequentem gratiam. Hanc primam medelam Prosper nominat ita scribens: * *Amat ergo languores suos, & pro sanitate habet, quod agrotare se nescit, donec prima hac medela conferatur agroti, ut incipiat nosse quod langueat, & possit operam medici desiderare, qua surgat.* Altera est medicina, qua & peccatum propulsatur, & justitia restituitur.

* Prolog. cap. 6. Gal.

tuitur. Harum prior, gratia praeveniens, & excitans vulgo dicitur: posterior, gratia sanctificans, & justificans, sive auxilium gratiae justificantis, quo peccatoris animus ad Deum omnino convertitur, & ex peccatore fit justus, & sanctus.

VIII. JAM in superiore corporum medela, qui nondum à morbo liberatus est, & in primis versatur adhuc curationis initiis, nondum ille quidem sanus est, sed non hoc ipso male cum eo agitur, quod curari, ac sanitatem recuperare incipit, etsi nondum ejus compos est factus: nec prima illa tentamenta, ac medendi principia, morbi accessiones esse, jure aliquis dixerit: neque statum istum aegri corporis, curari jam incipientis, morbidum, ac periculosum putet; cum tanto magis ad sanitatem appropinquet, cujus jam ei pars aliqua, cum illius, quod restat, spe bona, praesentari copit. Non igitur, propter antegressa ista medicationis exordia, male ac periculose affectum corpus esse perseverat; sed propter antiquam valetudinem, cui propulsanda, ac sananda penitus prima illa medicamenta, & quasi praeparationes non sufficiunt. Sic cum ab letalis statu peccati, transit fit ad justitiam, quae justificatio dicitur, fit quaedam, praeveniens ope gratiae, voluntatis commotio, & inchoatio caritatis, quae nondum sufficit ad salutem, perfectamque sanitatem. De qua praclare

* Augustinus ad Simplicianum ita scribit: *Sed in quibusdam tanta est gratia fidei, quanta non sufficit ad obtinendum regnum caelorum, sicut in catechumenis, &c. Ac subinde, sunt ergo inchoationes quaedam fidei, conceptionibus similes: non tamen solam concepti, sed etiam nasci opus est, ut ad vitam perveniant aeternam. Nihil horum tamen sine gratia misericordiae Dei, &c. Et * in libro de spiritu, & littera, capite xxxiv. Visorum, inquit, susceptionibus agit Deus ut velimus, & ut credamus, sive extrinsecus per Evangelicas exhortationes; ubi & mandata legis aliquid agunt, si ad hoc admovent hominem infirmitatis suae, ut ad gratiam justificantem credendo confugiat: sive intrinsecus, ubi nemo habet in potestate, quid ei veniat in mentem: sed consentire, vel dissentire propria voluntatis est. Agit * hac de re pluribus Tridentinum Concilium in sexta Sessione, ubi de justificatione, id est progressionem ad justitiam, & sanctitatem dicitur.*

IX. IN hac igitur affectione animi ac statu, quo nondum perfectè justitiam est adeptus homo, haeret adhuc in peccato, ac damnatione, necdum plenè cum Deo in gratiam rediit: sed ad eam paulatim adducitur, ac disponitur. Nemo tamen istum ipsum, quem dixi, damnationis, & inimicitiae cum Deo statum, primordiis illis sanationis, & justificationis imputare, nisi stolidè, ac sacrilegè potest. Siquidem contra peccatum faciunt illa quod possunt; ac pro modulo suo fractos, & collapsos erigunt ad benè de Deo sperandum, ejusque tum implorandam, tum verò promerendam uberiorem opem, & gratiam. Quod quidem benè * Augustinus explicavit in Tractatu ad Psalmum quinquagesimum. *Est, inquit, Spiritus sanctus in conspectu. Jam ad donum Spiritus sancti pertinet, quia tibi displicet, quod fecisti. In mundo spiritus peccata placent, sancto displicent. Quamvis ergo adhuc veniam depreceris, tamen ex alia parte, qua tibi displicet malum, quod commisisti, Deo conjungeris. Hoc enim & tibi displicet, quod & illi. Jam duo estis ad expugnandam febrem tuam, tu, & medicus. Quo in loco tum ad illam, qua sum usus supra, medici, ac morbi similitudinem alludit: tum ante peccati depulsionem, perfectamque reconciliationem, nonnullas agnoscat impulsiones gratiae, & opulationes, quae ad detestanda, & confutanda delicta peccatores incitant, & ad veniam eliciendam validiore impetrato praesidio gratiae provehunt. Ex his omnibus, quae pro instituto parcius explicata, copiosius alio loco pertractabimus, intellectum satis arbitrator, quae fit natura, conditio gratiae, & auxilii illius, quod Testamenti veteris alumnis attributum proprie; nec tamen sine Christi meritis, fuisse diximus; quibusque finibus circumferenda sit illius efficacitas, & quantum conferre ac navare poterit ad peccati sanationem, & justitiam assequendam, si talibus adjumentis rectè uti vellent homines, ac sese morigeros, & tractabiles praebent. Nunc eadem illa parata nobis, & in promptu posita esse debent ad Lutheri, & Calvini frenandam licentiam; qui partim rerum illarum inscitia; partim temeritate; partim melioribus ac doctioribus obtrahendi libidine, haud pauca jactantur tum*

* To. 8. cap. 100.

Paris III.

CAPUT IX.

aliena communi hominum sensu; tum verò cum Christianae fidei salubritate pugnantia: quae nos deinceps, ut institutum, exponere, ac refutare conabimur.

1. Ex dictis lux admovetur Anomorum dogmati. 2. Quid sit Synagoga, ut Synagoga, & qua vis reduplicatio termini. 3. Synagoga καθεστὴς τῶν Ἰσραηλίων, sedus antiquum, & Mosaica lex erat. 4. Consentaneis gratia per Christum auxiliis non caruit.

REVOCEtur imprimis, ac retrahetur in medium ostentum illud, quod superius exagitavimus, & ad eam lucem admoveatur, quae ex proximè antecedentibus capitibus exiit. Ita enim clarior nobis illius importunitas, ac falsitas constabit.

Synagoga, ait * Armacanus, *consideratam ut Synagoga, non fuisse aliud, quam terreni populi turbam, hominumque carnalium solis terrenis, & carnalibus incubantium, & propter illa sola consentium unum Deum: & ejusdemmodi cetera, quae primo capite ex illo descripta sunt: in quibus perspicue sentit, statum ipsum Synagoga, sub Testamento veteri, per se, & ex legis, ac Testamenti veteris instituto, vitiosum, ac damnabilem existisse: quia carnali, vitiosaque cupiditati fomentum ac praemium lex illa ex professo promittebat, hoc est cupiditatem, & concupiscentiam malam dedita opera provocabat, & incitabat. Hinc synagoga, ut synagoga erat, considerata, statum illum tenebras, & umbram mortis appellari ab Augustino putat, ita scribente, * *Verus Testamentum tenebris, & umbra mortis datum esse. Quibus subjungit istud, quo eundem illum synagoga, ut synagoga, statum, ex animo suo, & sententia describit. * *Nempe hominibus ex magna caecitate cordis nihil omnino nisi carnalia diligentibus, sectantibus, expectantibus, cogitantibus, ideoque quantumcumque legem sibi datam observare viderentur, & in legis justitia sine querela ambularent, à vera cordis justitia, & regno caelorum assequendo valde remotis. Cujus incontenti rationem subtextit: *Animum enim creaturae rationalis, inquit, solis rebus terrenis, Deoque propter sola terrena inhaerere, valde vitiosum est, puritatisque caelestis regni adipiscendi necessariae ex diametro contrarium.****

II. QUOCIRCA, ut jam ante collegimus, cum Deum propter sola terrena colere, eique inhaerere, vitiosum sit, & saluti adipiscendae contrarium; hoc autem lex ex professo egerit, ut talem affectum Judaei ingeneraret: apparet ex ejus opinione, qui priora illa duo posuit, id etiam affirmandum esse, quod necessariorum antecedentibus necitur, Legem Mosaicam vitiosum ex se aliquid, ac saluti contrarium justisse. Ejusdemmodi est hoc etiam, de synagoga, ut synagoga est, quod paulo ante meminimus. Expendatur enim modus ille sermionis, cum in enunciando repetimus, & congeniamus aliquid, quem reduplicativum terminum Dialecticorum schola nominant, ut sunt homo, ut homo; album, ut album, & alia similia. Ea cum sic efferuntur, rem ipsam per se spectatam, ac secundum naturam suam, propriamque rationem significant, hoc est secundum ea, quae in ejus definitione ponuntur, ceteris omnibus circumscriptis, quae adventitia sunt, & ad simplicem, ac germanam illius notionem minime pertinent. Sic homo consideratus ut homo est, nec dives est, aut pauper, nec bonus, id est virtute praeditus, aut vitiosus est: nihil habet denique, praeter ea, quae humanae naturae propria censentur. Hic mos est, ususque communis loquendi, ad quem vocem suam dirigunt non eruditi solum, & philosophi; sed etiam qui humano utcumque modo sapiunt, & ridiculi esse nolunt.

III. ITAQUE generalis est istarum enunciationum regula, quae hujusmodi conduplicationem habent, ut qui sensum earum capere velit, prius termini, ut vocant simplicis naturam, & proprietatem intelligat. Quid synagoga sit, quae synagoga est, ex Synagoga natura, & definitione judicandum est. Ea porò sic institui potest: Synagoga est Israelitici populi catus, pacto cum Deo foedere, ac certis ab eodem per Mosem obligatus legibus, ac ritibus, quibus, velut figuris, novi Testamenti veritas adumbrata fuit. Haec prorsus est Synagoga, quatenus Ecclesia est vetus, ac veteri obnoxia Testamento, propria ratio. Cujus velut forma, &c. ut

* To. 3. lib. 3. cap. 6. p. 115. c. 2.

* Ib. pag. 116. l. 2.

* Aug. Annot. in Jer. cap. 28. * Loco cit. pag. 115. D. 4.

Græci

Græci loquuntur, καθεστῶν ἰδιωμα, fœdus antiquum, & Mosaica lex erat: quæ Judæos in officio continebat, propositis hinc terrenis præmiis, inde pœnis & suppliciis, quibus futurorum, ac sempiternorum arcana significationes inerant.

Quamobrem synagoga considerata ut synagoga, nihil erit aliud, quam multitudo Judaici populi, quæ federe isto, & Mosaica lege tenetur. Hoc verò modo spectata perinde est habenda, ut est fœdus, ac lex hujusmodi; adeoque duo inter se ista recipiuntur, ut si bona, vel mala lex est, bona sit, vel mala synagoga: & si hæc bona vel mala est, bona lex item, vel mala censenda sit. Est autem, ut supra dixi, bona vel mala lex eatenus, quòd bonum est id, aut malum, quòd illa præcipit; & ad quod agendum, vel cavendum, præriorum, ac pœnarum denunciatione compellit. Hinc ergo directò, ac manifestè sequitur, Legem Mosaicam, vetusque Testamentum, cujus propria lex fuit, malum quippiam, & vitiosum, ac damnabile fuisse, ex Anomorum decreto: quandoquidem malam vitiosamque cupiditatem, hoc est terrenam & carnalem concupiscentiam alebant ex professo, cique fomenta ministrabant.

IV. IN hanc opinionis, doctrinæque pravitate, sacramentum dixere novi Theologi. Qui Testamentum vetus negant in eum finem à Deo Judæis oblatum fuisse, ut eorum salus aeterna in tuto locaretur: sed ut ne terrena, & caduca bona, vitioso ab illis amore concupiscenda, & persequenda, aliunde, quam à Deo sperarent, & caperent. Quorum absurda ratio, & in semet incurrens, seseque collidens, ex iis, quæ sunt antecedenti disputata capite, labefactatur, & evertitur. Hinc enim constat, Legem Mosaicam, vetusque Testamentum, non caruisse necessariis auxiliis gratiæ, cique fini consentaneis, quem in statu illo constituendo divina sibi sapientia præstituerat. Quibus adjumentis si recedat, ac prudenter uti vellet populus iste, paullatim ad majora, & perfectiora proveheretur. Atque hæc auxiliorum gratiæ largitas non ab alio, quam ab meritorum Christi fonte profluxit. Quippe ab exordio generis humani (ait Augustinus) quicumque in eum crederent, eorumque utcumque intellexerunt, & secundum ejus præcepta pie, & justè vixerunt, quando libet, & ubilibet fuerint, per eum proculdubio salvi facti sunt. Sicut enim nos in eum credimus & apud Patrem manentem, & qui in carne jam venerit: sic credebant in eum antiqui, & apud Patrem manentem, & in carne venturum. Et alio loco: Proinde cum omnes, ait, justi, hoc est veraces Dei cultores, sive ante Incarnationem, sive post Incarnationem Christi, nec vixerunt, nec vivunt, nisi ex fide Incarnationis Christi, in quo est gratiæ plenitudo: profectò quòd scriptum est, non esse aliud nomen sub celo, in quo oporteat salvos fieri nos, ex illo tempore valet ad salvandum genus humanum, ex quo in Adam vitium est. Leo item Papa Sermonè XIV de Passione. Una, inquit, fides justificat universorum temporum sanctos, & ad eandem spem fidelium pertinet quidquid per mediatorum Dei & hominum Jesum Christum, vel nos confitemur factum, vel patres nostri adoptaverunt faciendum. Ceterum illam ipsam Christi gratiam, ex fine, ac proposito legis, hoc est si ad eum fructum, effectumque respicias, ad quem Testamentum vetus, ac legislationem retulit Deus, profus attributam, & annexam illi fuisse res ipsa loquitur; eodem profus modo, quo idoneam, & sufficientem opem gratiæ nullis umquam defuisse temporibus, Theologus nemo dubitat, qui quidem hac sit appellatione dignus.

CAPUT X.

1. Inscita Anomi convicia in ipsam recidunt. 2. Sive in legem calumniam patronum falsò inscribit Augustinus. 3. Cujus testimonii convincitur ipsam, qua pro se laudat. 4. Synagoga, ut Synagoga, verè fuit Dei Ecclesia.

I. Hæc convicia ac probris saturum in nos stilum acuit, solitòque fertur impotentis Apologetici Scriptori, & prodigiosam inscientiam hanc nominat, quòd Patriarchæ sui dictum illud de synagoga considerat ut synagoga est, in invidiam adduxerim Manichæi furoris, & hoc etiam detestabilius esse dixerim. Non enim intellexisse me ait id quod Augustinus tam frequenter

To. 3. lib. 3. c. 6. pag. 114. C.

Vide sup. cap. 3.

Aug. ep. 49. qu. 1. p. 75.

Epi. 177. pag. 271.

Act. 4. 12.

inculcat, revera talem fuisse synagogam, qualem sententia illa sua descripsit Armacanus.

Verum potentum illud, quod in alios conferunt, inscitia, eruditus lector judicet, an non magis in illos recidat, cuius partim communis eos sensus, & hominibus insita ratio; partim ipsa sua vox, & confessio convictos, ac damnatos tenet. Imprimis enim quæ frons erit illorum, si aut capere se negent, aut insciantur, quod capite præsertim antecedente docui; synagoga, ut synagoga extra crimen, & infamiam esse, cum Dei sit opus ipsius, nec illis infecta maculis, quæ in Judæicum populum ejus culpa redundarunt? Fuerit gens Hebræa majori sui parte, carnalis, impura, terrenis immerfa cupiditatibus, nihil caeleste sapiens: immo tota ipsa, si istis videbitur, vitio hoc, tamquam scabie, & elephantiasi contabuerit: adeò ut nemo sanus, nemo fide, moribusque probatus synagoga in illa repertus sit: an idcirco synagoga, ut synagoga tali dedecore, & ignominia notanda fuit? An cum Ecclesia Christiana in eum statum redigerit, quem aliquando fore prædixit in Evangelio Dominus his verbis: *Venturamen Filius hominis veniens putas inveniet fidem in terra?* quibus perpaucis sub tempore novissimi judicii fore fideles significat; usurpare tum illud fas erit, Ecclesiam, consideratam ut Ecclesiam, cetum esse perditorum, ac nefariorum hominum? Quis sic loqui, nisi impius, ac fanaticus audebit? Atqui Synagoga, considerata ut Synagoga, quod sæpè dicendum est, non minus quam Ecclesia Christiana, Dei edificatio est: quantumvis mole, ac structura sit inferior; neque cum illa comparanda.

II. JAM quòd illius in legem veterem, auctoritatemque legis jactæ contumelia patronum inscribunt Augustinum; hoc invittissimo, ac repugnantè profus illo facient: neque, quod vel medicis est ingenii, mentem ejus, ac sententiam asequuntur. Relegat, & singillatim excutiat dissimilis istorum, hoc est paullulum acutus Lector, quantum est locorum Augustini, quod vel fallus hujus interpres attulit, vel ex eo corrafit Apologetici consarcinator. Nihil ad rem facere cognoscat. Omnium locorum istorum ad duo ferè capita summa redigetur: quorum alterum ad legem pertinet: alterum ad eos, qui sub lege vivebant. Prius est hujusmodi: Vetus Testamentum, legemque Mosaicam terrenorum, & temporalium spe bonorum, ac malorum generis ejusdem metæ, Judæos in officio continuisse: utraque verò, futurorum, & sempiternorum figuræ & imagines fuisse: adeoque totum ipsum Testamentum vetus arcanis quibusdam significationibus novum adumbrasse. Caput alterum est: duplex in Hebræo populo hominum genus existisse: alios terrenos, & carnales, qui non illi amplius, quam promissa temporalia cogitata concupiscebant (ait Augustinus) in quibus aeterna figurata, & prophetata non intelligebant: alios qui intelligebant quod agebant, vel quod per eos agebatur, hoc est novum Testamentum, ejusque præmia per umbras illas, & figuras intelligebant, ac disgebant: quales erant sancti Patriarchæ, & Propheta. Ad hæc duo planè revocantur omnia, quæ ex allatis Augustini sententiis conficere voluit Anomorum signifer Armacanus, ejusque patronus, in Apologetico secundo.

III. ATQUI eadem ista pronunciata duo, tum ad id probandum quòd intendimus, & quod hæcenus pugnamus; tum ad illorum labefactandam causam, errorumque convincendum apprime conferunt: ut mihi, ne quid asperius dicam, nimis securi, ac parum attenti fuisse videantur, cum ex Augustini libris illa describerent. Age enim videamus quid ex illis consequens sit, & cum decretis istis Augustini, sententiisque connexam. Nimirum si quid sapimus, hoc nos docent; legem Mosaicam, vetusque Testamentum per se, & ex instituto, hoc est ex mente latoris & scopo consideratum, tale fuisse, ac pro eo habendum & judicandum esse, quale posterioris generis, hoc est justorum & sanctorum animis, & studiis observatum dicitur: non autem, ejusmodi priores, id est carnales & terreni illud idem spectabant, ac sibi propositum habebant. Sanè legis antiquæ, ac Testamenti Mosaici status ex eo metiendus, & æstimandus est, quòd illi naturale est, & sanèdes, non ex eo quod est adventitium, & ex accidenti convenit. Legis autem propria, & nativa qualitas ex mente Legislatoris, & sine constituitur. Quare cum ideo data

lex

lex Judæis ab Augustino dicatur, ut per illius figuras, & imagines ad potiora, & aeterna, novique propria Testamenti bona tenderent, quod pios ac sanctos illo tempore intellexisse, & observasse demonstrat idem: profus Testamentum vetus, quòd hujusmodi fuit; hoc est, consideratum ut vetus erat Testamentum, extra invidiam carnalis est, ac terreni, vitiosique status: à quo sancti isti Patriarchæ ac Propheta longissimè distabant eo ipso, quòd illum legis, & Testamenti veteris scopum, & primarium institutum vita & factis suis expleverant.

IV. QUOD de lege, ac Testamento dixi, idem & de synagoga considerat ut est synagoga sentiendum est. Hæc enim Testamenti veteris Ecclesia fuit, quod Augustinus, ex eoque Beda, & Amalarius Fortunatus observant. Nimirum quamvis propriè dicatur synagoga Judæorum, Ecclesia verò Christianorum (verba sunt Augustini) tamen & illam dictam invenimus Ecclesiam. Falsò igitur tum Anomorum princeps Synagoga, considerat ut synagoga est, vitiosum fuisse statum, ac damnabilem docuit: tum ejus suffragator, & patronus in Apologetico, synagoga ab Ecclesia vera, quæ Testamenti veteris tempore fuit, adeo distinguit, ut illam ex seve malam & probrosum: hanc verò non aliam quam Novi Testamenti peculiarem, & Christianam fuisse significet. Atqui Synagoga, utique considerata ut synagoga, hoc est legi Mosaicæ, & hujus auctoris Dei fini, ac voluntati consentanea, Ecclesia fuit Dei viventis, ut testatur Augustinus. Et qui hunc ut dixi, fecimus mole, Beda, alibi duas Saulis filias, Merob & Michol, allegoricè significare dicit, priorem quidem & primogenitam, synagoga: posteriorem autem, Ecclesiam. Quibus etiam nominum, inquit, etymologia congruit. Nam quia synagoga electorum, non de cunctis latè nationibus, sed de multitudine solius est Israëlita stirpis collecta, Ecclesia autem omnibus est ad fidem convocata de gentibus; recedè primogenita filia de multitudine: secundæ ex omnibus interpretari perhibetur. Hic Beda Merob ex multitudine, hoc est populo: Michol autem ex omnibus, hoc est hæc interpretatur, & electos assignat utrique, tamquam præcipua illius membra peregrinantis adhuc, ac bonos intra se pisces malosque colligentes: vel electos ab fide ac veri Dei notitiam & cultum, atque ex omnibus gentibus in peculiarem populum assumptos vocat. Sic utràvis de causa Clemens Alexandrinus in septimo Stromateon, Ecclesiam appellat ἀποστολικήν ἑκκλησίαν, congregationem electorum. Non igitur synagoga, ut synagoga est, carnalis, & invisibilis Deo, ac damnati populi nomen est, extra Ecclesiam, & æternæ spem salutis procul positi: cum in illa etiam Testamenti veteris electi contineantur.

Quintiam Ambrosius Christum, ait, fuisse caput veteris synagoga, quam Moyses fundavit & condidit. An ea alia fingi ista potest, quam Synagoga considerata, ut synagoga? Hujus ergo caput Christus fuit: atque adeo carnalium, terrenorum, perditorum, desperatorumque caput hominum; si nonnulli tali ex hæc synagoga constabat: quæ est Armacanorum, & Anomorum opinio.

CAPUT XI.

1. Explicatur fons & origo illius erroris, quo Legis & Testamenti veteris status vitiosus ab Anomis statuitur. Duo in vetere Testamento genera hominum bonorum, & malorum: id est quibus longè plures isti fuerunt. ac sic internum de Judæis Scriptura loquuntur, quasi nemo in illis justus esset. 2. Quòd imitatus est Apostolus. 3. Ex quo regulam interpretanda Scriptura Patres constituerunt. 4. Unde commodè loca multa conciliantur. 5. Anomorum improbum dictum. 6. Perperam in Apologia defensionem: cuius auctor adeo occacatus fuit, ut constitit sententia sue cum iis testimoniis, quibus eam fulcire conatus est, non animadverteret.

MAXIMI nunc & inauditi illius erroris, quo recens ista laborat Anomorum sententia, causam, & originem edisseram. Judæorum populus, eorundemque synagoga, vel Ecclesia ex duplici conflata erat hominum turba, bonis, videlicet, ac malis: ut ex Augustino superiori capite memini. Malorum cætus, uti

Paris III.

fit, multis partibus bonorum superabat numerum, ut est vacua, & inanis ab istis ætas nulla decurreret, perpauci tamen iidem fuerint, & improborum comparatione penè nulli. Cujus rei fidem faciunt illius gentis historiarum facta pariter, & profana: tum Prophetici libri crebris, ac vehementibus querelis hujusmodi referenti. Ac sic plerumque de illo populo loquuntur, quasi nemo ibi bonus, ac justus existeret: nemo Dei cultor, & legis observans. Sed tamquam inveterato langore confectum corpus diffusa per omnia membra tabes, ac pestis exederit. Quem Judaicæ synagoga statum graphicè describit Elaias præsertim in primo capite: nec non in aliis sequentibus. Tum Jeremias, Ezechiel, & alii passim. Nec sic tamen generalem hanc corruptelam temporum suorum, & orbitatem deplorant bonorum virorum; ut non identidem restare aliquos significent, quorum in virtute, ac meritis divina bonitas acquiescat. Sed propter istorum, præ illis, ut dixi, paucitatem, infinitam verò ceterorum copiam, sic de Judæis, eorundemque cœtu, & synagoga fermonem interdum faciunt, ut nisi aliunde secus statuendum intelligas, putes neminem illic non pessimum, depravatissimumque vixisse.

II. Hunc Scripturæ veteris, & Prophetiæ morem imitatus est Paulus Apostolus, maxime in ea, quam ad Romanos scripsit, epistola. Nam cum hoc in illa spectaret, ut Judæos Legi Mosaicæ, & operum suorum merito præfidentes ab tam arroganti, & periculosa de se opinione deduceret, doceréque nihil eos sine Christi gratia posse facere: ut supra capite quinto demonstravimus: necesse habuit ex ipso rerum usu, & exemplis illorum, atque factis argumentum capere; ut agnoscerent, quod legis solius beneficium confectus esse jactarent, ut justè sanctèque viverent, adeò non obtinuisse, ut vel corruptissimis essent, perditissimisque moribus, atque ipsis etiam, quos præ se contemnebant, gentilibus deteriores. Vide caput secundum illius epistolæ, in quo Judæos cum gentibus contendens, commoiores has fuisse docet illis, qui sibi interim magisterium arrogabant humani generis; de quibus ita: *Si Romani autem tu Judæus cognominaris, & requisitis in lege, & gloriaris in Deo; & nosti voluntatem ejus, & probas uti-hora, instructus per legem, confidit teipsum esse ducem eorum, &c.* Mox quales isti, & quam legis observantes declarat sic: *Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mechandum, mecharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inobnoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes; sicut scriptum est.* Hinc apparet Apostolum in exemplum adduxisse Judæorum pessimos, qui per omnem ætatem plurimi in isto populo fuerunt, fures, adulteros, sacrilegos, legis prævaricatores: cuiusmodi & Isaias, & Ezechiel Prophetis notantur. Eiusmodi tum fuisse cunctos in illa gente nemine excepto, credibile non est; immo falsum est. Etenim nullum tempus afferri potest, ut vel corruptissimum deligas, in quo non pessimis admitti fuerint aliqui boni: certè quidem, qui neque fures, neque mæchi, nec tam pravi essent denique, quam erant illi, quos in medium produxit Apostolus. Justi ergo erant nonnulli, nec isti pauci, ut ex iisdem Prophetis, & historiis sacris, aliisque temporum illorum annalibus constat.

III. Hic igitur valet illa regula interpretandæ Scripturæ, quam tanti faciunt Augustinus, Hieronymus, alique Patres: quæ quam necessaria sit, Anomorum, contra quos pugnamus modò, lapsus ostendit. Hos enim illius inscitia regulæ, ad ista, quæ dudum nos exerceant, opinionum portenta compulit. Atqui nec operosa, nec abstrusa valde, sed in propatulo posita, & parabilis est illa regula, quam sic explicat Augustinus. *Scripturæ mos est ita loqui de parte, tamquam de toto, sicut Corinthiis in primis epistola sua partibus ita laudat, tamquam omnes tales sint, cum essent laudabiles quidam eorum; & postea in nonnullis epistola ipsius locis ita reprehendit, tamquam omnes culpabiles essent, propter quosdam, qui tales erant. Istam divinarum Scripturarum consuetudinem per omne corpus litterarum ejus creberrimè sparsam quisquis diligenter adverterit, multa dissolvit, qua inter se videntur esse contraria.*

Et in libro de unitate Ecclesiæ, capite x111 eandem commendat regulam, ac multos in utroque regno Ju-

Rom. 11. 17.

IIa. 22. 5. & Ezech. 36. 33.

Aug. epist. 59. p. 115. A. a.

daico fuisse sanctos & iustos in medio impiorum asserit Hieronymus in Epistola cxxvi, illum ipsum canonem...

Ita Prosper in libro primo de vocatione gentium, capite nono, eandem loquendi consuetudinem Scripturæ familiarem notat...

IV. Ad hunc canonem pleraque dirigenda sunt eorum, quæ Paulus in illa epistola de Judæorum corruptela, & eorum depravatisimis moribus disputat...

V. Hinc * Apologetici falsa & insulsa de nobis querela, & virulenta criminatio diluitur: tamquam latentem illum sub Arnaldi persona nescio quem immerito reprehenderim...

VI. Hic verò opera pretium est animadvertere, quàm stupenda sit in expostulatione ista cæcitas Adversarii, qui in semet incurrit, ac suo se gladio conficit...

VII. Ut à sacris libris incipiam, Jeremiam asserens nobis de Judaico populo ita conquerentem: * Hoc, inquit, verbum præcipi eis, dicens, audite vocem meam...

magistri tui, & sectæ antistitis effato, * cujus illa purgandi gratia contulisti?

VIII. SIMILES sunt antiquorum Patrum sententiæ, quas idem Apologetici auctor ad negotium suum accommodavit. Velut iste est Ambrosii: * Nullus enim fructus exiit Judæorum, nullus vineæ hujus provenit...

Jam horum omnium subducta ratione, proflus agnosces nullam rem magis esse contrariam alteri, quàm sunt illa omnia Scripturæ, Patrumque testimonia...

Verum ut hoc demus, ab suis testibus non dissentire Arnaldum, itaque ab generali Judaici nominis labe, ac vituperatione, quam sententiæ illæ predicant...

VI. Hic verò opera pretium est animadvertere, quàm stupenda sit in expostulatione ista cæcitas Adversarii, qui in semet incurrit, ac suo se gladio conficit...

VII. Ut à sacris libris incipiam, Jeremiam asserens nobis de Judaico populo ita conquerentem: * Hoc, inquit, verbum præcipi eis, dicens, audite vocem meam...

CAPUT XII

De causis, propter quas Deus cum Judaico populo fœdus antiquum min. 1. Falsa Anomorum ratio, qui fœdus illud in crimen vocant...

II. Hoc sectæ novæ arcano dogmate, & in eo occultando calliditate, infidique parefastis; cautior factus eruditus Lector, ad illa decempe adjungat animum...

III. ALTERA est ratio, propter quam dici ab Augulino contendit Apologia, vetus institutum esse Testamentum; ut in eo magnum quandam quasi Commodiam præberet...

IV. NIHIL igitur istos Augustinus adjuvat. Non adjuvat autem? Immo peræque nullus adversatur, vel illis adeo in locis ipsis, quæ pro se afferunt...

V. AGE enim procedat in specimen ejusdem Augustini locus alter, ex libro tertio ad Bonifacium, capite IV. ubi ita scribit: Et vetus igitur Testamentum Deus condidit...

* Mundi enim sunt vultu tui (ait ad Deum Propheta) * Habebit ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris.

III. ALTERA est ratio, propter quam dici ab Augulino contendit Apologia, vetus institutum esse Testamentum; ut in eo magnum quandam quasi Commodiam præberet...

* Nuptias nefandas in artem introducens.

quo nomine Euripides ab Græco Comico notatus est: tamen rei hoc honestæ adumbrandæ causâ facere se dicat: velut ad sacrosanctum Christi fœdus cum Ecclesia significandum: profanus nihilominus, ac detestandus habeatur...

IV. NIHIL igitur istos Augustinus adjuvat. Non adjuvat autem? Immo peræque nullus adversatur, vel illis adeo in locis ipsis, quæ pro se afferunt...

V. AGE enim procedat in specimen ejusdem Augustini locus alter, ex libro tertio ad Bonifacium, capite IV. ubi ita scribit: Et vetus igitur Testamentum Deus condidit...

V. AGE enim procedat in specimen ejusdem Augustini locus alter, ex libro tertio ad Bonifacium, capite IV. ubi ita scribit: Et vetus igitur Testamentum Deus condidit...

* To. 1. col. 1204. A. * Pl. 13. * Joan. 10. * 2. Cor. 9.

* Rom. 9. * Pl. 13. a. & seq.

* Apol. lib. 2. c. 7. p. 175.

* Pref. Arnal. lib. de Freq. com. p. 40. edit.

* Cap. 12. ut par erat, damnavimus in * sexto libro operis illius, quod contra Arnaldum nuper edidimus.

* Pl. 5. 3.

* Apol. 7. p. 176.

* Jerem. 7. 23.

* Jerem. 1. 11. & seq.

* Jerem. 1. 11. & seq.

* Apol. 7. p. 176.

* Ambrosii. in Lac. lib. 9. ad cap. 20. Loc. ver. 9. Apol. 7. p. 176.

* Aug. cont. Arian. c. 17. c. 18. Apol. pag. 180.